

G est apparet, & ipsum speculum plenum esse uidetur, & habere omnia cum nihil habeat. Pythagoras autē dicit Deū monadem esse, syluam uero dualitatem: à quo dogma Platonis non discrepat. unde asserunt primum Deum bonum esse, & principium bonorum, syluam uero malorum, nec huic aduersatur Aristot. qui contingentiam, errorem, mortem, & defectus oēs ad materiam reduxit. Scias autē q̄ in prima sui nouatione materia, neq; bona, neq; mala, sed in secunda qua habet formam fit capax malis, sic enim est turpis per accidens. ut dicit Phis in. 1. Phy. in fine, facit etiam pro hac mea uia Aristot. in. 1. 2. Primā phiā iuxta finem. ubi arguens de insufficientia illos qui posuerunt bonum esse principium, inquit quod diminue dixerunt, quia non determinauerunt, utrum bonum sit causa, ut mouens, aut ut species, aut ut finis, non meminit autem de materia, quia uidit quod in materia nulla est bonitas ratione sui, & fuit bene notatum ibi per diuum Tho. bonam autē potest competere tribus causis, quia ut amatum cōpetit fini. 1. 2. Meta. tex. cō. 36. ut largiens competit efficienti. 3. Phy. 1. 1. ut autē est uiuocōm habet rationem forme. 7. Meta. 2. 8. & 4. Mer. tex. cō. 4. hūde lucidissimus The. in. 1. 1. Phisicē aufcul. sup. tex. 81. inquit loquens de prima materia, sed cur suscipit uicibus formas, quia appetēs est diuinitatis, & despicens boni, uoco autem diuinum, & bonum primā formam, & primā causam quod referunt collimantq; omnia, & cui quāq; res tendit fieri quam simillima quantū potest. potest autem quantū natura conceditur. ea uero appetit, quoniam modo dicitur in materia, profecto uerissimum puto q̄ dicitur pro uidentiam fuisse, quā & turpi desiderium honestatis, & egentis opulentiq; quantum fit satis iniecerit. eandem fermē sniam habet Aristot. in. 2. de Aia in tex. cō. 34. ubi scribit. Naturalis enim opus uiuentibus est quācunq; perfecta, & non orbata, aut generatione spontanea habentia facere tale alterum quale ipsum, animal quidem animal, planta autem plantam, & reddit causam quatenus ipso sempiterno, & diuino esse participant, secundū q̄ possunt. omnia enim illud appetunt, & illius causā agunt omnia quācunq; agit secundū naturā. unde non est esse absolute quod habet rationem appetibilis, sed esse actuale, & diuinū, nā tale habet rationē boni. unde ut inquit Aristot. in principi. lib. Ethic. Bene ostenderunt bonū esse quod omnia appetunt. nihil autem refert, ut inquit Phis in. 2. Phisicē aufcul. in tex. cō. 31. aliqd bonū esse, uel uideri bonū. nā ut inquit Cōmen. ibi in cō. dixit hoc, ut descriptio fit cōis rebus uoluntariis, & naturalibus, q̄n̄ ultimū intentū in rebus uoluntariis multoties uidentur bonū, & nō est in rei ueritate intentū uero in rebus naturalibus est bonum uerum. & ratio huius, ut mihi uideatur, q̄ ideo semper bonū intentū à natura est bonū. uerum quia ubi scribit Cōmē. in. 1. 2. Primā phiā. in com. 1. 8. opus nature dirigitur ab intelligentia nō errantē, licet in se non cognoscat agens naturale, tamen dirigitur ad finem suum ab intelligentia non errante, sicut enim sagitta tendit in signum præfixū, licet non cognoscat, dirigitur tamē ad illud ab ipso proiciente, sed agens uoluntarium dirigitur à ratione cui plerunq; potest contingere, immo cui de facto, ut plurimū error permiscetur. ideo bonum tale est q̄nq; in apparentia, & non in existentia. nā ut Poeta inquit. per pauca sunt qui possunt dignoscere uera bona, atque illis multum diuersa remota Erroris nebula. & propter hoc igitur contingit q̄ appetitus naturalis semper est respectu boni ueri, quia dirigitur in intelligentia, & prouidētia Dei, qui falli non potest. & ideo dicit Aristot. in. 2. Celi, & mundi in tex. cō. 34. q̄ natura semper de possibilibus facit quod melius est. omne igitur quod mouet appetitum, bonū est, aut uerum, aut apparens bonum. unde Aristot. 3. de Anima. tex. cō. 31. inquit semper quidem mouet appetibile, sed hoc est bonum, aut apparens bonum, non autem omnē, sed actuale. Et bonum, actuale enim est contingens, & aliter se habere. Et ex his patere potest solutio. q̄ quā plerunq; agitari conuenit, an non esse potest appeti ab aliquo appetitū à ratione regulato in quo magis eligere quis habeat nō esse, quā

miserum esse, & est. q. mōta per Henricum de Gandato in quolibeto primo. q. 20. & tandem distinguit de duplici malo pœnæ, & culpæ, & inquit iuxta doctrinam Augustini in lib. 3. de Libero arbitrio, q̄ uoluntas potest considerari, ut natura, & ut sic non potest magis appetere non esse, quā miserum esse miseria pœnæ, quia non esse simpliciter non habet rationem appetibilis, unde inquit, immo esse solum modo quocūq; sit etiam si fit pœnale magis appetit, quā non esse. licet enim unum esse magis appetat quā aliud esse, ut esse non pœnale quā pœnale nō esse, tamen nunquā oīno eligit. non enim odit esse pœnale nisi propter natura le desideritū q̄ris quod nō nihil est, sed aliquid est. & ideo dicit, si quis dixerit non esse, quā miserū esse, se male, respondebo, mentiris, quia cum miser esse uolis, esse uis tamen. Si uero uoluntas eligat aliquid ut deliberatua, tunc subditū gunt, aut enim uoluntas est regula à ratione recta, aut falso errore decepta. primo modo distingui potest de non esse, quia ipsum de non esse præpositum, aut est non esse simpliciter: & si adhuc non potest plus eligere non esse, quā esse pœnale, quia ut dictum est ipsum non esse simpliciter nihil habet in se eligibilis: recta ratio nihil eligit nisi secundū se eligibile. Aut est non esse in uno statu propter esse melius quod expectatur in alio statu, secundū q̄ Apostolus cupitq; bad distolui, & esse cum Christo, magis eligens non esse in uita ista, quā esse propter bonum quod expectabat in alia uita, sicut econuerso. mali magis eligat esse hic in miseria quam non esse, quia maiorem miseriam timent incurere in alia uita. Si autem uoluntas fuerit falso errore decepta, & hoc circa ipsum non esse tanquam eligibile à ratione acceptū, hoc contingit dupliciter, aut enim ista deceptio contingit circa nō esse in uno statu propter esse melius in alio statu, sicut cōtingit de illis. ut inquit Augu. qui urgente miseria sese interitum eō q̄ confugiunt ubi melius sibi fore putauerint. aut contingit circa ipsum nō esse simpliciter, per tando non esse, esse quoddam eligibile plus ipso esse pœnali, & hoc propter ipsius rationis obnubilationem ex pœnæ perturbatione, qui enim ut dicit Augu. urgente malitia pœnalis sese interitum, si nullum se futurum esse omnino de crediderit, falsa est electio nihil eligentis. nam si eligit non esse profecto si nihil eligere, & si nosit respondere cōuincitur hoc modo, Cato impatiēs subici Casari seipsum occidit, & multa alia que in hoc consistunt. loquendo igitur de non esse absolute, nō est magis eligendum à uoluntate à ratione recta regulatā quā miserum esse. Tamen beatus Doctor in. 4. snariū, & in Tertia parte summat. q. 8. de uoluntate & intellectu damnatorū. art. 2. ubi quærit utrum dānati recta ratione uellent non esse. Respondendo inquit, quod non esse dupliciter considerari potest. Vno modo secundum se, & sic nullo modo est appetibile cum non habet rationem boni, sed fit boni pura priuatio. Alio modo potest considerari inquantum est ablatium pœnalis uitæ, seu aliquid cuius miseria, & sic non esse accipit rationem boni. carere enim malo est quoddam bonum, ut dicit Aristot. in. 5. Ethic. & per hunc modum melius est dānatis non esse quā miserum esse. Vnde Matthari. 26. bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. & Hieremie. 20. super illud, Maledicta dies in qua natus sum. dicit gloffa Hiero. Melius est non esse quā male per se autem non esse non est eligibile, sed per accidens, inquantū est miseria terminatiuum. Quod enim dicitur q̄ esse, & uiuere ab omnibus appetitur naturaliter, non oportet hoc accipere quanti ad malam uitam, & corruptam, & eam quā est in trāsitū, ut dicit Phis in. 5. Ethic. cō. 11. inquit enim. Viuere autē distinguunt animalibus quibus dem potētia sensus, hominibus uero sensus, & intellectus. potētia uero ad operationem refertur, sed principale in operatione est. uidetur autē uiuere principale esse sentire, uel intelligere. uiuere autē per seipsum bonū est ac iocundum, determinatū uero natura est bonum. quod autē natura bonū est id & bono uiro, quapropter uideretur omnibus esse iocundum, nec uero accipere oportet prauā uitam nec corruptam, neq; in doloribus positam. ubi manifeste secundū Phm non quælibet uita est expetibilis, sed qua est sine

Themi. aurca futa.

H

I

Quislibet appetitus naturalis sp fit ueri boni, electi. us uero ut plurimū nō ueri.

Solutio pul chre qōis. Opio Hēri.